Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1821
Quelle:
Copyright:

uersis et singulis Christi fidelibus ubilibet constitutis &c. *Magister ciuium, Consules iurati, totaque Communitas, una cum Clero Ciuitatis Pragen. pium æternæ salutis affectum. Vt nostræ credulitatis effulgeat synceritas, ac proinde causæ æquitas pateat* &c. Confessio haec fortassis edita est a. 1439. Vide *Hagecii Chron.* ad *b. a.* Quoad Rem plurimum etiam consonat cum Instrumento *Pragensi*, quod exhibet *Laur. Byzynius*, verius *Brzezina*, in *Diario Belli Hussit.* apud *Ludewig. Reliq. Mss.* T. VI. p. 175.

XVII. *fol.* 312. Gravamina contra Clerum Ducatus *Carinthiae* germanice hoc titulo: *Vertzaichnus Etlicher Beschwärungen. Die Geistlichen Im Lannd Khärndtn Belangend.* Item: *Von Straffen.* Videntur opposita *Gravaminibus Cleri*, de quibus supra N. V. et licet fortassis aliquantum exaggerata, necessitatem tamen reformationis satis probant. Vide *Hansiz.* supracit.

XVIII. *fol.* 320. Gravamina ejusdem tenoris contra Clerum Ducatus *Styriae. Deren von Steir sonnderbar beschwärungen wider die Geistlichen.* Dicitur in ingressu, Gravamina isthaec jussu *Regiae Rom. Majestatis* proponi.

XIX. *fol.* 331. Scriptum Germanicum de *Concilio* idem, quod supra N. VIII.

XX. *fol.* 341. Opusculum inscriptum: *Pro Tuitione nostre Religionis* &c. *Ad Serenissimum et Potentissi: Vngarie et Boemie Regem Ferdinandum.* Jam continetur *Cod.* CCCCVII. *fol.* 147. estque *Joh. Fabri.*

XXI. *fol.* 373. Epistolae tres, quarum prima *Luciferi principis dæmoniorum ad potentes et prælatos, ad plebanos et curatos, ad episcopos et ad monachos mendicantes et ad taxillorum lusores* &c. Initium: *Lucifer princeps tenebrarum tristitie, profunditatis* &c. Epistolam hanc invenisse se testatur *M. Flacius Illyricus* in Conventu Minor. *Magdeburgi* autore *Nic. Oren*, rectius *Oresmio* Normanno Sec. XIV. Mathematico, eamque in linguam vernaculam conversam edidit *ibid.* 1550. 8. et etiam latine *anno praeced.* Invenies praeterea eandem hanc Satiram, sed multo curtiorem, in *Joh. Wolfii Lect. memorab.* T. I. p. 654. pariter adscriptam *Oresmio*, item separatim editam *Witeb.* a *Sal. Gesnero*, 1604. cum *Serm. Oresmii*, qui habetur *Cod.* CCCXLII. Post hanc *incipit epistola per Petrum de Alliaco — in qua sub nomine diaboli Leuiathan alloquitur generale Concilium impedientes et ecclesiam pro uiribus diuidentes et schisma nutrientes.* Initium: *Leuiathan princeps mundi uniuersis prælatis ecclesiæ regni sui pacis scindere unitatem et aduersus ecclesiam Christi schismatis firmitatem seruare. Cum plurimis gentibus imperarem et uniuersum orbem meæ ditioni subiugassem* &c. Excerpta dicitur in marg. *Cod.* haec Epistola graphica et tota phrasi S. Scripturae exarata ex *cod. domus frat. Nouiomagi.* Fru-